



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Motvs Proprivs S. D. N. D. Pii Papae IV. Svper ecexutione Concilij, & litterarum eiusdem Sanctiss. contra Archiepiscopos, Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas, non residentes in eorum Ecclesijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

MOTVS PROPRIVS
S. D. N. D. PII PAPAE IV. SV-
 per executione Concilij, & litterarum e-
 iusdem Sanctiss. contra Archiepiscopos,
 Prælatos, & alias personas Ecclesia-
 sticas, non residentes in eo-
 rum Ecclesijs.

PIVS PAPA IV.

Motu proprio, &c. Cum tam per Sa-
 crosanctum œcumenicum Conci-
 lium Tridentinum, quam etiã per
 nostras litteras siue bullas etiam desuper e-
 manatas, & inter alias sub Dat. Romæ, apud
 sanctum Petrum, anno incarnationis Domi-
 nicæ M. D. LXIV. septimo Kal. Decembris
 Pontificatus nostri anno 5. mandatum sit om-
 nibus Episcopis, Archiepiscopis, & alijs
 quibus animarum cura commissa est, oues
 suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre,
 verbiq; diuini prædicatione, sacramento-
 rum administratione, ac bonorum omnium
 exemplo pascere, pauperum aliarumq; mi-
 serabilium personarum curam paternã ge-
 nere, & signanter munera pastoralia & eis
 diligenter incumbere, & assistere, aliaque
 facere, quæ in dicto sacro Concilio, & in di-
 ctis nostris litteris siue bullis continentur.
 Quæ omnia nequaquam ab eis præstari; &
 adimpleri possunt, cum gregibus suis non
 inuigilant neque assistunt, sed mercenari-
 orum more oues suas deserunt, & propterea
 debuissent, & deberet oēs, & singuli Episco-

pi Ar-

pi, Archiepiscopi, & alij in dignitatibus ecclesiasticis constituti, & praefecti, & quibus animarum cura existit, iuxta diuina praecpta, & praedicti oecumenici Concilij, ac praedictarum nostrarum litterarum seu bullarum vim, formam continentiam & tenorem ad eorum respectiue Ecclesias, dioecel. ac alia beneficia, quibus personalis residentia, requiritur, ad effectum in eis personali residentia facienda sese contulisse, ac omnia ac singula in eisdem praecptis concilio & litteris siue bullis respectiue contenta adimpleuisse & obseruasse. Attamen sicut accepimus, multi & multi praefatorum praecptorum, & mandatorum contemptores, animarumque suarum propriae salutis immemores, in dictis dignitatibus ecclesiasticis, quibus cura animarum imminet, ac Episcopalibus, & Archiepiscopalibus respectiue constituti praemissa facere, & adimplere hactenus minime curarunt, sed distulerunt & differunt in graue animarum suarum, gregumque sibi commissorum periculum, & ouium suarum perniciosum exemplum, & scandalum, sententias censurales & poenas propterea sibi inflictas temere & danabiliter incurrendo. Quae omnia cum non sint conuictibus oculis, aut impunè praetermittenda, sed grauius ut ceteris trahant in exemplum, cum iam per tot menses inobediens fuerit, censuras praefatas sustinet. Motu proprio & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostrae plenitudine. Dilecto filio nostro Alexandro Riaro, Camerae Apostolicae generali Auditori: cui alias etiam, seu praedecessori suo viuae vocis oraculo commissimus, ut dictos Episcopos,

Archie-

Archiepiscopos, & alias personas Ecclesia-
 sticas animarū curā habent, non resid. pœna^s
 præfatas in dicto Cōcilio, & litteris siue bul-
 lis nostris cōtentas, incurrisse declararet, &
 ad illarū effectualē executionē aliaque gra-
 uiora procederet, viua vocis oraculo com-
 missimus tamē quia nōnulla monitoria cō-
 tra certos Episcopos, & alias personas præ-
 fatas in vim cōmissionis nostræ huiusmodi
 sibi factæ tunc decreuerat, & relaxauerat,
 ne in posterum de illius iurisdictione du-
 bitari contingat, denuo eidem Auditori
 nostro nunc officium Auditoratus exercēt,
 auctoritate nostra committimus, & man-
 damus, quatenus statim tam contra Epif-
 copos Archiepiscopos, & alios quoscumq;
 Prælatos, tam in Vrbe quam alibi & vbique
 locorum existentes, & in proprijs diœc. non
 residen. cōstituto sibi quantū sufficere vide-
 bitur summarie, simpliciter, & de plano, so-
 la veritate inspecta, & manu regia de inobe-
 dientia propria vsque ad sententiam exclu-
 siue procedat, & deinde nobis referat, vt nos
 in consistorio nostro secreto de fratrum no-
 strorum consilio, vt moris est, ad sententi-
 am priuationis, & depositionis Prælatorum in-
 obedientium huiusmodi procedere valea-
 mus, prout procedere intendimus: quo vero
 ad alios curā animarū habentes vsq; ad sen-
 tentiā inclusiue procedat, & exequatur iu-
 sta formam, & tenorem dicti Cōcilij, & lit-
 terarum nostrarū prædictarū, cum eisdē fa-
 cultatibus, vt supra, ac alia faciat, & exequa-
 tur, prout in dictis litteris siue bullis conti-
 netur, cum potestate citandi, inhibendi,

excom-

excommunicandi, suspēdendi à diuinis, declarandi, intercedendi, aggrauādi, reaggrauādi, carcerandi, & brachium saeculare discernendi, relaxandi, & exequendi. aliaq; facien. necessaria quomodolibet, & opportuna. Contrarijs quibuscunq; non obstantibus & quod praesentis nostri motus proprii sola signatura sufficiat, vt vbiq; fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria, & alijs quibuscunq; quibus omnibus expressē derogamus, non obstantibus.

Placet Motu proprio i.

Præsentetur.

Amerinus Regens.

**BVLLA S. D. N. D. PII,
PAPAE IV. REVOCATORIA**
priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, cōseruatoriarum, indultorum, cōfessionalium, Maris magni, & aliarum quarumcumq; similium gratiarum, quibuscunq; locis & personis concessarum, in his, in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Tridentini contrariantur.

**PIVS EPISCOPVS, SERVVS
seruorum Dei, ad perpetuam rei
memoriam.**

IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus, diuina dispositione cōstitututi, nihil neque vniuersali Ecclesie,